

N 07.

Illustrissime, atq' Excellentissime Domine
Supreme Cancellarie, Domine gratiosissime

Inde curas Reipublice dignetur Illustrissima Ex-
cellentia vestra tempore quodam exiguo recipere
hanc Supplicam Ordinis Equestris hujus Ducatus
Surlandiae, tanquam Provincia Reipublica incorporata
et perpendere ejus desideria. Sentit enim vulnus
Reipublica cum etiam minima ejus pari teditur,
non motibus, non oppressione hostis turbatur haec pro-
vincia, sed everso Regiminis ordine gasatur, dum Celsis-
simus Princeps noster longo temporis intervallo a Sacra Re-
gia Majestate Investituram hujus Ducatus non acceperit,
nec itaq' Sacra Regie Majestati iuramentum presterit
nec Incolas Provincia homagio sibi abstrinxerit, Promissum
et nullus iuxta leges sancitus Regiminis Status observatur.
Nemo Incolarum iudice et justitia gaudet, omnia reguntur
per Rescripta Principis absentis: Hinc occasio nefarius

tribuitur, quod libere per falsas relationes Celsissi-
 mam Principem contra Ordinem Equestrem exacerbare pro-
 Querimonias agit Celsissimus Princeps, quod Nobilitas
 se se opponat, quod varia tentet, quod tamen Deo iudice
 nunquam conatum fuit, nisi quod nemo in iure suo lesus
 obmutescere possit, et aperte profiteatur sibi injuriam fieri.
 Si defensio sui criminosa et damnosa est Nobili furcandi, peiori
 Conditionis esset ferarum, quibus vitio non ventitur defensio.
 Exoptus Ordo Equestris inquisitionem et scrutinium veritatis
 rei, in quo injuriam quam patitur Ordo Equestris abunde demonstrat
 promittit. Expetit obnixè propterea gratiam Illustrissima Ex-
 cellentia vestra Ordo Equestris, rogat ut ex dignetur Illustrissima
 Excellentia Vestra Intermissio Ordinis Equestris Generoso Ferdin-
 do à Rutenberg accessum et audientiam clementer impertiri
 quam gratiam sperant
 Illustrissimæ Excellentie Vestrae.

Ex conventu publico
 Sabito Mibavia
 die 30 Martij
 anni 1715.

Observantissimè
 nomine totius ordinis equestris
 Ernestus Henricus Schröder
 conventus hujus provincialis
 Director.

1110.

Dr Conventu N. 1110